UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi Professoris Regii Erotemata Juris Canonici

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

VIII. De Schismaticis & ordinatis ab eis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62934

Visual Library

IV. *Mors* ſive ultimum ſupplicium, quæ pæna alibi gladii eſt; alia alibi, & ferè arbitraria. Conſuetudo pœnam ignis, paſſim recepit, ex lege Friderici II. Imp.

De Schiſmaticis & ordinatis ab eis.

TIT. VIII.

Proximi Hæreticis, ſunt Schiſmatici, cùm nullum ſit Schiſma, quod non fingat ſibi hæreſim aliquam.

Quid igitur eſt Schiſma?

EſT crimen, quo quis ab unitate Eccleſiæ diſceſſionem facit, eamque ſcindit quodammodò, ſe ab obedientia ſummo Pont. ejus capiti debita, ſubtrahendo; quod & nomen Schiſmatis indicat, à Schiſſura dictum.

In quo differt Schiſmaticus ab Hæretico?

Quòd Hæreticus pravum aliquod dogma contra Eccleſiam Catholicam pertinaciter defendat. Schiſmaticus verò nullum quidem pravum dogma ſequatur, ſe tamen dividat, & ab Eccleſiæ Romanæ

manæ unitate deficiat. Itaque omnis hæreticus eſt ſchiſmaticus; ſed non è contra omnis ſchiſmaticus eſt hæreticus, quamvis poſtea ſchiſmaticus ferè incidat in hæreſim aliquam. Unde eodem ordine habendi ſchiſmatici, quo hæretici, iiſdemque pœnis ſunt obnoxii. *c. un. h. t. in 6. Iac. Pamel. in Epiſt. 55. D. Cypr.*

Quid cenſes de ordinatis à Schiſmaticis?

Ordinationes hujuſmodi eſſe irritas atque inanes; & à ſchiſmatico ordinatum protinus ab officio repellendum eſſe, niſi legitimè cum eo fuerit diſpenſatum. *c. 1. h. t.* Ergò ordinatus à ſchiſmatico manet quidem ipſo jure ſuſpenſus ab officio & uſu Ordinis, tenet verò Ordo ſic ſuſceptus: quia Ordines per ſe ſubſiſtunt & imprimunt characterem. *c. 2. eod. Hoſtien. in Summa. h. t. n. 4.*

(*Cum Autor Titulos quoſdam omiſerit, lubuit iſtos ex Andreæ Vallenſis Prof. Lovanienſis Paratitlis Decretalium ſupplere.*)

De Apoſtatis & Reiterantibus baptiſmum.

TIT. IX.

Apoſtatarum ſacrilegum quoque no-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN